



zu 005

O. i. 840 (1-101).

THESES
EX TIT. FF.
INST. ET C. DE LE
GATIS DESUMPTAE.

QVAS DIVINA ADIVVANTE GRATIA,
ET PRAESIDIO CLARISSIMORVM, ET CONSVL-
tissimorum virorum D. Ioannis Michaëlis Cronenbur-
geri, & D. Ioannis Hollandt, SS. LL. Licent. Dictato-
ris & Fisci, in Vbiorum Celeberrimæ Academiae
Collegio, pro laudabili consuetudine
recepta defendet.

LAVRENTIVS BEECK.

*Anno ab Orbe redempto CIJ. IJ. LXXXII.
20. Mensis Augusti.*



COLONIAE AGRIPPINAE
EXCVDEBAT PETRVS KESCHEDT.

N



Hactenus de testamentorum, & Codicillorum iure dictum est: restat ut de Legatis tanquam illorum accessorijs, (a) qua non iam ut olim, in solis testamentis, (b) sed etiam in Codicillis, adeoq. ab intestato (c) relinquuntur, differamus.

(a) gl. & Dd. in Rub. ff. h. t. (b) §. præterea Inst. de fideicom. hæred. (c) ut in thesi. 3.

THESIS I.

Legatum est donatio quadam à defuncto relicta, ab hærede præstanda, (a) vel ut Florentinus ait (b) delibatio hæreditatis, qua testator, ex eo quod uniuersum hæredis foret, alicui quid collatum velit.

(a) §. 1. & ibi VVef. & Dd. Inst. de leg. l. legatum 36. de leg. 2. VVef. in par. nu. 3. & seqq. ff. cod. (b) l. legatum 116. de leg. 1. & ibi gl.

II.

Legatorum olim 4. erant genera (a) quibus sublatis, (b) hodie cum habita voluntate, de verbis laborandum non sit, (c) legatum quibuscunque verbis relictum valet, (d) ita ut nec testatoris in legatarij nomine, errore (e) nec falsa demonstratione, (f) cum de mente constat vitietur.

(a) §. 1. vers. sed olim Inst. h. t. (b) const. diuorum Principum. d. vers. sed olim & ibi Dd. (c) l. 3. C. de lib. præ. l. 2. in fi. C. com. de leg. l. fin. C. quæ res pig. obl. poss. (d) d. §. & vers. Inst. cod. l. 1. & l. in legatis 21. C. h. t. l. 2. §. 1. C. com. de leg. fac. l. quoniã C. de testam. (e) §. siquidem Inst. h. t. fac. l. qui in nomine, C. de testam. l. in venditionib. ff. de contrah. emp. (f) d. §. siquidem vers. huic proxima l. demonstratio 17. l. falsa 33. ff. de conditione, & demonstr.

III.

Qui, quibusue legata dare, darive permissum est, videamus, (a) ac primò quidem quãuis ea non solum in testamento, (b) sed etiam ab intestato, (c) & in Codicillis, (d) vel denique in epistola, (e) non tamen in fraudem legis facta (f) relinquì possunt: attamen vulgatum est, eos tantum legare posse, qui testamenti actiuam habent factionem. (g)

(a) Arg. §. 1. Inst. de Iure perf. (b) sup. in continuatio. (c) §. præterea vbi Mynf. Inst. de fideicom. hæred. (d) l. conficiuntur, 8. ff. de Iure Codicill. l. 2. C. Com. de leg. Mynf. d. loco & in Rub. Inst. de leg. n. 4. (e) l. fi. in prin. de leg. 2. (f) l. in tacitis 103. de leg. 1. (g) l. 2. de leg. 1. l. 1. de leg. 3. Cuiusmodi enumerantur personæ tot. tit. ff. & C. Qui testam. fac. poss. & Inst. Qui testam. fac. poss. & Inst. Quib. non est permissum fac. testam.

IIII.

Simili modo, illis duntaxat legari potest, quibus passiuam testamenti factio est, (a) etiamsi ipsimet testari non possunt, (b) ceu sunt furiosus, mutus, Posthumus, infans, filius falsus, alienus & c. (c) Remouentur ergo deportati (d) in metallum damnati, (e) Apostata, (f) Hæretici, (g) collegia illicita, (h) incestuosi (i) filij reorum lesæ maiestatis: (k) mulier infra tempus luctus nubens, (l) in qua tamen secundum Can. secus est. (m)

(a) §. legari vbi Dd. Inst. h. t. (b) §. testam. Inst. de hæred. qual. & diff. l. filiusfam. ff. de testam.

fam. (c) d. §. testamenti, vbi clarius Theophilus de furioso, (d) l. i. C. de hered. Inst. (e) l. si in metallum ff. de his qui pro non scriptis habentur, (f) l. Manichæos, 4. C. de hæret. (g) l. 3. C. de Apostat. (h) l. Collegium 8. C. de hæredib. instit. l. cum Senatus 21. ff. de rebus dubijs. (i) Auth. ex complexu, C. de incest. & inutil. nup. §. si. N. Const. Quib. mod. nat. eff. sui Coll. 7. (k) l. quisquis §. filij. C. ad l. Iuliam Mai. (l) l. i. C. de secund. nup. §. i. N. Const. de nup. Coll. 4. (m) c. penul. & ult. de secundis nupt.

V.

Porro de rebus dispiciamus, vbi regula constituitur quod omnes res, tam corporales, quam incorporales que prohibita non sunt, legari possunt.

l. 30. 37. de leg. 3. l. cætera 41. §. i. cum not. ff. de leg. 1.

VI.

Prohibentur autem que in commercio hominum non sunt, & dominio nostro subijci non possunt, (a) ceu sunt res sacra, sancta, religiosa, publica &c. (b) adeo vt illis legatis, nec res, nec æstimatio, (c) nec pœna legato adiecta (d) debeatur.

(a) Arg. princ. tit. Inst. de inutilib. stip. (b) fac. l. inter stipulantem 83. §. sacram ff. de verb. obl. l. sed Celsus ff. de contrah. empt. §. i. & seqq. Inst. de Rer. diuis. (c) d. §. non solum vers. sed si talis Inst. h. t. cuius enim commercium non est, eius æstimatio fieri non potest l. liber homo ff. ad l. Aq. d. l. apud Iulianum in fi. de leg. 1. (d) l. vn. in fi. C. de his quæ pœnæ nomine, §. fin. Inst. h. t. in fi.

VII.

Eiusdem Iuris est, si quidem res in commercio hominum sit, sed propter difficultatem comparari non potest.

d. §. non solum, ibi vel adipisci, & ibi Dd. d. l. apud Iulianum, §. fi. de leg. 1. l. 12. C. de fundis Patr. lib. 11. l. 145. ff. de R. I. l. 1. §. 9. ff. de obl. & act. l. 35. de verb. oblig. l. seruo alieno §. ult. de leg. 1. c. nemo potest de R. I. in 6. & ibi Dyn. & Boer. Decius in d. l. 145. & Saray. in add. Taf. Alc. Alex. & quos in d. l. all.

VIII.

Eodem modo si legatarius rem legatam, vel propter suam sectam, vel status conditionem, vel corporis vitium possidere nequit, inutile est legatum, (a) nisi casu accidisset, vel testator præsciuisset. (b)

(a) l. 1. & 2. C. ne Christ. mancip. Auth. 144. c. 2. vers. præterea l. multum interest 34. & ibi illuminate. Taf. ff. de verb. obl. Mynf. nu. 6. Schneid. nu. 10. in d. §. non solum Inst. cod. & latius in thesi 4. (b) l. 40. l. 114. §. 5. ff. de leg. 1. l. 11. §. 16. de leg. 3. Schneid. & Dd. in d. §.

IX.

Contra, etsi legatum, nec in testatoris, nec hæredis commercio sit, vtile tamen est, si legatarius eius commercium habeat.

l. 40. l. filiusfam. 114. §. 5. ff. de leg. 1. l. 11. §. 16. de leg. 3. Mynf. num. 6. Schneid. in d. §. Inst. cod. l. multum interest. ff. de verb. obl. l. mortuo boue, 49. §. sed proculus 3 ff. de leg. 2.

X.

Porro non tantum res testatoris, (a) vel hæredis, (b) sed et iam alienas legato relinqui posse certum est, vt hæres redimere, & præstare, vel si nequeat æstimationem dare cogatur. (c)

(a) §. 2.

(a) §. 2. & §. si quis Inst. eod. Arg. l. in re mandata, C. mandat. l. 11. & §. 4. ff. de R. I. l. 5. §. 1. & ff. de leg. 1. vbi late Iaf. l. 76. de leg. 2. Mynf. Schneid. & Dd. in d. §. 2. (b) in d. §. & gl. & Dd. (c) d. §. Inst. h. t. l. cum §. 7. de leg. 1. l. cum alienam C. eod. l. 12. de leg. 2. l. 14. §. 30. de leg. 3. Faber in §. non solum nu. 3. Porc. nu. 4. Inst. eod.

X I.

Quod si dominus rem suam, quam testator alienam legauit, nullo, vel nimio precio vendere vellet, (a) & heres & legatarius in aestimatione non conuenirent, Iudex arbitrio suo, (b) litem dirimet.

(a) l. non dubium 14. §. si. de leg. 3. l. alieno, §. si. in autem ff. de fideicom. libert. l. 30. §. si. ff. de leg. 3. Schneid. §. 4. n. 7. Inst. eod. (b) l. alieno. 31. §. 4. & Schneid. d. loc.

X II.

Hoc verum est, si sciens testator rem alienam legauerit, (a) nam si ignoras (quod praesumitur) (b) heres non tenetur, (c) nisi coniuncta persona, (d) vel uxori (e) legatum esset.

(a) d. §. non solum vers. quod autem, & ibi Dd l. cum alienam 10. cum ibi not. C. eod. (b) c. praesumitur, ext. de R. I. in 6. §. verius, Inst. h. t. l. verius ff. de prob. (c) d. §. non solum, & d. l. cum alienam, errantis enim nullus consensus est, l. non idcirco C. de Iur. & fac. ign. l. si per errorem ff. de Iurisd. omni. iud. l. nihil consensui §. si. ff. de R. I. (d) d. l. 10. & ibi Iaf. nu. 5. quae sit coniuncta persona. Tiraq. in tract. gent. §. 11. docet. & Iaf. in d. l. 10. Fab. in d. §. Schneid. nu. 9. Inst. eod. (e) d. l. 10. & l. Quintus, 10. ff. de auro & arg. leg.

X III.

Sed pulchrum dubium est, an idem in eo dicendum, qui aetia familiaritate testatori iunctus fuit? affirmatiua, mihi placet.

Arg. d. l. 10. ibi, vel alij tali personae, l. Praedia, C. de fideicom. l. si res 57 ff. de leg. 1. fac. l. latae culpa, §. amicos vbi gl. ff. de verb. sig. l. quidam, §. 6. de haeredib. instit. l. cum allegas, C. de Castr. pec. lib. 12. tenet Bart. in d. l. 10. & Iaf. in d. l. si res.

X IV.

Magis controuersum est, vtrum fauor pie causa, legatum rei alienae, quam testator sua putauit sustineat? affirmatiua verior.

Arg. d. l. 10. & l. sunt personae, ff. de Relig. & sump. fun. l. sancimus, 16. C. de SS. Eccles. fac. quod fauore libertatis tale legatum valeat. l. quidam 25. §. si quis 2. ad S. C. Trebell. l. Paulus 39. ff. de fideicom. liber. ergo & pie causa, per ea quae not. Dd. in l. 1. C. de com. seruo manu. Haec tenet Vasq. de success. lib. 3. §. 21. vbi plures allegat.

X V.

Quod si rei alienae legatarius viuo testatore, dominium, consequatur? distinguendum est, aut ex causa lucrativa habeat, (a) & agere non potest: aut onerosa, (b) & ad precium agere potest.

(a) quia duae causae lucrativae in vnum hominem & eandem rem concurrere non debent, §. si res 7. Inst. h. t. & ibi Schneid. & Dd. (b) d. §. si res & ibi Dd. Inst. l. 45. in prin. l. 84. §. 5. de leg. 1. l. 21. §. 1. de leg. 3.

Eadem

XVI.

Eadem res incerta specie, eodem testamento, bis legata, semel saltem exigi potest, in quantitate vero secus.

l. Plane, 34. de leg. 1. Mynf. nu. 10. Schneid. num. 3. limit. 2. in d. §. si res Inst. cod. l. 87. de leg. 2. arg. l. si ita, de leg. 1. & l. 1. §. penul. ff. de dote præl. Plures limit. apud Plat. in d. §. Inst. ponuntur.

XVII.

Haecenus de re aliena, nunc de obligata: si testator rem obligatam, alteri legauerit, heres eam luere, & legatario præstare tenetur, (a) nisi ignoranter extraneæ personæ (b) (vt in thesi 12. de re aliena dictum) legasset.

(a) §. 6. Inst. cod. l. si res 57. de leg. 1. l. 15. ff. de dote præleg. l. Prædia C. de fideicom. Mynf. Schneid. & Dd. in d. §. Inst. cod. (b) d. l. 10. C. cod. & ibi Iaf. nu. 5. Fab. in d. §. 6. Inst. cod. vel si luat legatarius, nihil superesset, vt Iaf. in d. l. si res, & Mynf. in d. §. 6. Inst. cod. nu. 6.

XVIII.

Et hoc procedit siue ante testamentum, siue post testamentum factum, res singularis obligata sit, (a) secus si vniuersalis, (b) quia cum onere ad legatarium transit.

(a) l. 3. C. h. t. Nouel. 162. c. 1. verf. & fancimus, l. 11. §. 12. de leg. 3. §. sed etsi 6. Inst. h. t. & ibi Schneid. nu. 3. 4. & Dd. (b) Schneid. d. loco. l. cum pater §. 16. ff. de leg. 2. Iaf. in d. l. si res de leg. 1. vbi casum de paracho inducit.

XIX.

Ea quoque res, qua in rerum natura non est, secundum distinctionem rectè legatur: nã qua non est, nec esse speratur, inutile est legatum, (a) sed qua futura speratur (vt fructus nascituri) vtile est. (b)

(a) §. 1. Inst. de inutilib. stip. & ibi Dd. §. ea quoque, 8. Inst. h. t. l. 24. in princ. de leg. 1. l. 7. de trit. leg. in fin. l. 83. §. 5. (b) l. etiam 17. de leg. 3. arg. l. 8. de contrah. emp. Mynf. num. 5. Schneid. nu. 1. lim. 1. & 2. in §. ea quoque Inst. cod.

XX.

Re fugitiua legata, siquidem ea non appareat, heres de ea reducenda cautionem interponet, (a) sin autem appareat, refert an viuo testatore, an vero post eius mortem fugerit: priori casu heres laborem, legatarius expensas & periculum (b) posteriori heres laborem & expensas in reducenda ea præstare tenetur. (c)

(a) l. si quis 8. de leg. 2. l. seruo legato 68. §. fi. de leg. 1. (b) d. l. 8. de leg. 2. l. si seruus 108. in princ. de leg. 1. (c) l. cum seruus 39. in princ. de leg. 1. d. l. 3. Mynf. nu. 6. in d. §. ea quoque: sed Schneid. contra in d. §. nu. 2. limit. 3. Inst. cod.

XXI.

Quando eadem, res duobus legata est, & vterque ad eam peruenit, equaliter diuiditur: si vero alter deficiat, siue viuo, siue mortuo testatore, tota ad Collegatarium iure accrescendi, vel non decrescendi, pertinebit.

§. si eadem Inst. h. t. & §. 6. Inst. de hæredib. Instit. & vtroque Dd. l. 23. C. h. t. in fi. l. 19. §. fi.

§.fi.l.84. §.12. de leg. 1. Mynf. Schneid. & Dd. in d. §. Inst. cod. l. 39. de leg. 3. l. triplici, 142. & ibi Alciat. ff. de verb. sig. l. 1. ff. de vsuf. accresc. & ibi Gothof.

XXII.

Cum vero legatum duobus relictum, & re, & verbis disiunctum est; vnius deficientis alteri non acquiritur, sed heredi relinquitur.

Glo. in d. §. Inst. cod. l. 110. l. Si mihi, & Titio. ff. de verb. obl. l. 2. §. 3. de eo quod cer. lo. da. vbi Iaso. & Dd. l. 264. de verb. sig. & ibi Alciat. Mynf. in d. §. nu. 24. in fi. Schneid. nu. 7. Zas. in suis intellect. lib. 1. cap. 18. Mynf. tamen latè disputat in d. §. nu. 1. 2. & seqq.

XXIII.

Quod si quis rem suam legauerit, & postea viuis alienauerit, si non adimendi animo fecerit, (a) vel alteri donauerit, (b) vtile est legatum: in dubijs enim non presumitur voluntas testatoris (c) mutata.

(a) §. si rem 13. Inst. h. t. & ibi Mynf. Schneid. & Dd. & 11. §. 12. ff. de leg. 3. (b) l. 3. C. h. t. l. 18. ff. de adim. leg. l. fideicommissa 11. §. si rem 12. ff. de leg. 3.

XXIV.

Conuenienter hic quari potest, vtrum grex legatus, & ad vnam ouem (qua gregem non facit) (a) deueniens debeat? & tam minutum quã auctum legato cedi, assero. (b)

(a) l. oues ff. de Abig. (b) arg. l. 24. §. si grex. Inst. cod. & ibi Dd. l. 10. §. fi. l. 11. quib. mod. vsufr. amitt. l. 21. 22. & 24. §. fin. de leg. 1. l. 65. de leg. 2. Argu. l. 16. & 79. de leg. 3. & d. §. Inst. h. t. c. qui sentit onus, & ibi Dyn. de R. l. in 6.

XXV.

Demum si optio ex rebus legata sit, licet legatarius viuis non eligat, ad heredem legatum transmittit.

§. optionis & ibi Dd. plures limitationes ponunt Inst. cod. l. fin. C. Com. de leg. & ibi Dd. & Gothof.

XXVI.

Legato euicto, an Legatarius contra heredem agat? ad quod negatiuè (si in specie relictum sit) respondeo.

Arg. l. 1. l. 40. l. 71. l. hæres 58. & ibi Gothof. Bart. & Bald. all. ff. de euict. arg. l. Cum res 47. §. fi. de leg. 1. Dd. in l. Si ex legati 23. ff. de verb. obl. l. Incendium 11. C. de Cond. & indeb. & §. si res 17. Inst. h. t. & ibi Mynf. VVescemb. & Dd.

XXVII.

Legatarius pro legato consequendo tribus actionibus, (a) personali, (b) in rem (c) & hypothecaria (d) agere potest: vna tamen experiri debet, (e) sed inter Dd. non conuenit, an vltra supra dictas, etiam via executiua per Iudicis preceptum obtinere possit quod affirmo. (f)

(a) Dd. in l. 1. de leg. 1. & l. 1. C. Com. de leg. l. cum filius 76. §. 8. de leg. 2. §. 3. Inst. h. t. (b) d. l. 1. C. Com. de leg. §. hæres Inst. de obl. quæ ex quasi cont. & ibi Dd. (c) l. 1. C. de alic. Iudic. causa

causa fac. l. 64. in fi. de furtis l. 9. §. 5. de percul. §. nostra, 3. Inst. h. t. & ibi Myns. & Dd. (d) l. 1. & 2. C. Com. de leg. & ibi Goth. Myns. cent. 3. obs. 61. in princ. (e) d. l. 76. d. §. 8. l. nemo. 44. §. fi. de R. I. l. 3. in fi. ff. de Naut. Caup stabula. l. quod in hæredem §. eligere de tribut. act. (f) sub distinctione quam tradit, & in Camera receptam dicit Mynsing. d. centur. 5. & obser. 61.

XXVIII.

*Propria vero autoritate legatum apprehendere nemo sub pœna amissionis potest, (a)
Quod in legatis pijs secus quidam existimant. (b)*

(a) l. non est dubium, §. C. h. t. l. i. ff. Quor. leg. arg. l. 10. ff. de Iurisd. om. Iud. (b) Tyraq. in tract. de pijs causis.

COROLLARIA.

I.

Feuda nec Ecclesie, nec pro anima legari posse, (a) imò nec eius legati æstimationem deberi. (b)

(a) §. donare qualiter ol. feud. pot. al. c. 1. de prohib. feud. al. per Fred. Curtius parte 4. feud. n. 125. Jacob. de S. Georg. in sua inuest. vers. & cum pacto n. 5. Hanneton. lib. 2. feud. cap. 10. Sonsbeck. parte 12. feud. nu. 85. & seqq. Ardizo in summ. feud. cap. 124. Schenck in d. §. donare num. 2. contra Hostiensem in sum. de immunitate Eccl. Bald. in d. §. donare, Præp. & Lauden qui æquitatem Canonicam in contr. prætendunt in d. §. arg. Auth. Cas. fa C. de SS. Eccl. Tyraq. in priuileg. piæ causæ 104. vbi multos allegat, (b) arg. l. vxor patri C. h. t. Iul. Clar. in §. feud. q. 40. nu. 4. latè Curt. d. loco.

II.

Feudum vero hereditarium (vulgò Erbschafft) lehen vni filiorum rectè pralegari.
Parif. Conf. 1. n. 8. & conf. 2. n. 38. & seqq. conf. 3. num. 19. & 20. & conf. 4. num. 29. & 30. lib. 1. Alex. conf. 28. num. 19. vol. 5. Præp. ad cap. 1. nu. 7. de prohib. feud. al. per Fred. vbi hoc latè disputat, & latè Curt. parte 4. nu. 132. Zas. parte 8. nu. 61. Gail lib. 2. obs. 54. nu. 13.

III.

Executor Generalis in testamento constitutus à legatario conueniri potest.
l. si à Pluribus 107. de leg. 1. l. alio 9. ff. de aliment. & cibar. argum. l. 96. §. 3. Bart. & Dd. quos Soarez in Gomez. cap. 12. nu. 12. circa finem allegat.

153255

AB: 153255

(X2203998)


K





De legibus et constitutionibus Imperatorum Romanorum





THESES
 EX TIT. FF.
 INST. ET C. DE LEGIS
 GATIS DESUMPTAE.

AS DIVINA ADIVVANTE GRATIA,
 PRAESIDIO CLARISSIMORVM, ET CONSVL-
 norum virorum D. Ioannis Michaëlis Cronenbur-
 & D. Ioannis Hollandt, SS. LL. Licent. Dictato-
 s. & Fisci, in Vbiorum Celeberrimæ Academiae
 Collegio, pro laudabili consuetudine
 recepta defendet.

LAVRENTIVS BEECK.

Anno ab Orbe redempto CIO. IO. LXXXII.
 20. Mensis Augusti.



COLONIAE AGRIPPINAE
 EXCVDEBAT PETRVS KESCH EDT. N

70

